Quelle: https://manuscripta.at/?ID=38295
Copyright: Salzburg, Erzabtei St. Peter, Benediktinerstift, Bibliothek



silentio conticescat, uerum haec alias. Nunc in hieremiam tertium adgrediar librum. In quo conabor fratres eusebi latissimos explanationis campos angustia commentariorum semita coartare.

Iustus quidem es domine si disputem tecum, siue quia satis fratrabi. uerumtamen iudicia loquar ad te. quid est quia impiorum prosperantur. bene est omnibus qui praeuaricantur et inique agunt. plantasti eos et radicem miserunt. proficiunt. siue generauerunt filios. et faciunt fructum. propes es oris eorum et longe a renibus eorum. Contra omnes quidem iniquae agentes ista disputatio est. et LXXII psalmo breuiter sententia comprehenditur. In qua prophetae ait. quam bonus deus israel rectis corde. mei autem paene commoti sunt pedes. paene effusi sunt gressus mei. quia zelaui in peccatoribus pacem peccatorum uidens et celerem. sed propriae contra hereticos dicit. qui cum sint impii. uia eorum prosperantur. generant que filios. eos quos in heresi deperunt. et praeuaricantur et inique agunt. tamen ecclesiam spoliant. et cum in praesentiarum sententia praeuerant. laetant se ad esse plantatas et radicem misisse. genuisse filios. et adtullisse fructum. Quicumque xpi nomen saepius replicent. habitatorem sui non habent dm. iuxta illud esaiae. populus hic labis me honorat. cor uero eius longe est a me.

Et tu domine nosti me et uidisti me. et probasti cor meum tecum congregaeos quasi gregem aduictimam. et sanctifica eos in die occisionis. Nullum in quid scandalum est. et impii siue omnes heretici ipso tempore floreant. Tu eni domine nosti me et uidisti me et probasti cor meum tecum. Quem tamen ait pater dominus quomodo filium suum. Nemo enim cognoscit filium nisi pater. et nemo cognoscit patrem nisi filius. et cui uoluerit filius reuelare. Licet in quid proficiant. licet filios generent. et faciant fructum hereticis. et propes esse oris eorum et longe a renibus eorum id est conscientia. Tamen non parua est consolatio quod quasi pecora saginantur aduictima. congregaeos in urbem hierusalem siue in suaeo piculcubula. ut quasi uictimae cedantur in morte. et tunc sanctificentur. cum ecclesiastico fuerint mucrone iugulati. Interfectio enim hereticorum. salus eorum est qui decepti fuerant.